Cum in unum locum ego
et gallus noster co-
venissemus vir michi
et propter marti-
ni memoria cuius
discipulus enim erat et pro-
pter sua merita carissimus
intervenit nobis postumianus
meus nostri causa ab oriente
quo se ante triennium patriam
relinquens contulerat regressus
Complexus hominem amantissi-
mum exosculatusque genua et
pedes eius cum uno atque altero
spacio obstupefacti mirum
flentes gaudio deambulasse-
mus iactique in terra ciliciis con-
sedimus Tum prior postumi-
anus me intuens cum essem
in remotis egipti libuit ut
ad mare usque procedere na-
vem illic onerariam offendi
que cum mercibus narbonam
petens solvere parabat Ead
nocte michi in sompnis asta-
re visus es et iniecta me
manu trahere ut navem
illam conscenderem mox te-
nebras rupente diluculo
cum eo loco in quo quieveram
surrexissem sompnum meum
mecum reputans tanto tui
desiderio subito correptus
sum ut nichil cunctatus
navem conscendere tricesi-
mo die massiliam appulsus
inde huc decimo pervenerim
adeo prospera navigacio
pie affuit voluntati Tu
modo propter quem tot maria
transnavigavimus tantum
terre transivimus complec-
tendum perfruendumque te re-
motis arbitris trade Ego vero
inquam etiam cum tu in egipto
morareris totus tecum semper
animo et cogitatione ver-
sabar neque de te dies ac
noctes cogitantem totum tua
caritas possidebat Ne dum
modo me tibi estimes punc-
to temporis defuturum quo-
minus amore tuo pendens
te intuear te audiam tecum
loquar nullo penitus in se-
creto nostro quod nobis hec
remocior cellula prestat
admissis Nam huius nostri
ut arbitror galli presenciam
non moleste feres quia hec
adventu tuo ut vides per-
inde atque ego triumphat
gaudio Recte plane inquit